



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blossii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de**

**Monasterii Campidonensis, 1672**

Præfativncvla Avctoris Ad Vtrumque Librvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

HLUDOWICI BLOSI  
INSTRVCTIONIS  
VITÆ ASCETICÆ

PARS SECVNDA.

SIVE

ENCHIRIDII  
PARVVLORVM

LIBRI DV O.

PRÆFATIVNCVLA  
A VCTORIS

AD VTRVMQVE LIBRVM.



*N*ACTVS \* spiritualem Epistolam D. DACRYANI Abbatis, non potui mihi temperare, quin singulis quibusque documentis Appendices subijcerem: humili impolitaque dictione promiscue congerens ea quæ à proposito non videbantur aliena. Addidi similis dictionis Tractatulum, quo volui perstringere qualemcurque rationem præparandi se ad felicem mortem, nonnullaque dicere de Patria celesti, item de Divinitate & creatura rationali.

In il-

\* Animadvertendum hic occurrit, D. Blosum hanc Epistolam XII. Documentorū, quamvis à se reverè composiram & dictatam, voluisse tamen evulgare ( ut Speculum Monachorum ) etiam sub assumpto nomine D. Dacryani. Nec obstat, quòd ait, sese nactum esse spiritualem Epistolam D. Dacryani: tum quia Auctor libri alicujus verè potest dicere sese nancisci librum suum; tum quia assumptam semel justis de causis simulati Dacryani personam, tali loquendi formulâ, verus Auctor Blosius, latendi studio, constanter agere & peragere potuit. Si placeat amico Lectori plura in hanc rem videre, consulat in Prolegomenis Articulum sextum & septimum.



In illis Appendicibus, & hocce Tractatulo, plerisque locis utor non solum eisdem sententijs, verum etiam eisdem verbis, quibus usus sum in Canone vite spiritualis, superioribus annis à me divulgato: sed ea quæ bona sunt, sæpius repetita, displicere non debent.

Datur causa cur aliqua interdum repetuntur hic & alibi.

Postremo loco adjeci aliquot pias Pretiunculas & Doxologias ad Deum ac Deiparam Virginem MARIAM. Parvuli utilitatem aliquam ex his fortè capient, quod utinam benignus IESVS concedat ad sui laudem æternam!

Cur addita Pretiuncula.

Observa, Lector, etiam in Consolatione Pusillanimum & alibi, nonnullas ex his Appendicibus & Tractatulo sententias subinde totidem verbis recurrere, & crebrò R. D. Blossium Per diversos libros eadem Documenta per eadem verba inculcare. Bene quidem eadem iterando fecit Blossius: nos tamen, ubi eadem sententiæ seu alijs seu iisdem verbis à Blossio repetuntur, quando Notas aliquas ad illustrandam vel exornandam Blossij doctrinam semel apposuimus, non putavimus ubique Notas easdem repetendas, ne molestiam, eadem sapè ingerendo, adferremus. Hoc monere volumus, ut si quis fortè cogitet aliquando nonnulla Blossij Opuscula seorsim divulgare, in quibus ejusmodi Notæ repetitæ non fuerunt, ille ex loco, ubi appositæ fuerunt, ad locum separati Opusculi, ubi prætermittæ fuerant, velit transferendas curare.



ENCHIRIDIUM  
PARVULORVM  
LIBER PRIOR.  
CONTINENS

EPISTOLAM XII. DOCUMENTORVM  
A LVDOVICO BLOSIO  
SVB NOMINE D. DACRYANI ABBATIS  
CONSCRIPTAM  
CVM XII. APPENDICIBVS.

EPISTOLA.

Salutar  
Lectorem  
& excu-  
sat se cu-  
animi da-  
missione  
ob consi-  
pta Docu-  
mentis qua  
sequun-  
tur duo-  
decim.

**D**OMINVS noster IESVS CHRISTVS, qui parvulos & verè humiles mirifica dulcedine reficere, inenarrabiliq; gaudio ac lumine exhilarare consuevit, intima tua caelesti benedictione & gratia replere dignetur. Cha-

